269 St. Vincent St.
Birmingham
8. Mar. '85.

Domine clarissime,

Diplococcium meum cum iconibus Cladotrichorum, quas tu benevole in mentem revocasti, jam ego comparaveram, sed diversas omnes reperueram. Hyphae enim Diplococcii cum Cladotrichi tri-septate, Berk. (quod e Cladotrichis unum inveni) haud conferendae neque enim tam carbonaceae (licet olivaceo fuscae) neque apicem versus subinde sunt inflatae, nec rigidae, sed contra flexuosae aequales, hyphis Polyactidum Menisporarumque quarundam subsimiles. Cladotrichorum paucorum hyphae ex iconibus non inflatae quidem; si non carbonaceae etiam, forte Diplococcio potius adscribendae. Iconem cum his misi.

In "Journ. Bot." mense Aprili, duae species novae, infra descriptae, edentur, et species sequentes ut Britannicae:-

Pistillaria rosella, Fr.

Cyphella faginea, Lib.

Mortierella candelabrum, var. minor. mihi

Ceratostomella vestita, var. varvicensis mihi.

(Ostiolo longiore apice quadrisulcato, sporidiis 8-9 × 3½-4, socio Diplococcio spicato quod in peritheciis etiam parasitatur)

Oospora candidula, Sacc.

Monosporium acuminatum, Bon.

Cephalosporium Acremonium, var. major.

Gliocladium penicillioides, Ca.

Spicaria elegans, Sacc.

Hyalopus ater, Ca.

Acrothecium tenebrosum, Pr.

Fusisporium Lolii, W. Sm.

Velim tu benevole determines ~~[illegible]~~ Phyllostictane hic inclusa vere P. cytisella tua Brunon.

Tibi deditissimus

W. B. Grove.